



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Margarita Evangelica

Essche, Nicolas van

Coloniae, 1545

Vt festa omnia in anima celebrentur. 3

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49323)

LIBER II.

thronus in quo ego quiescam. Dominationes, ut in ratione sis patiens, orans pro inimicis tuis. Principatus, ut vis tua concupiscibilis cuncta transitoria calcet. Potestates, ut irā refrenes. Virtutes, ut sis discreta. Archāgeli, ut mihi ex amore seruias. Angeli, ut propter timorē meū a malo recedas. Sic ergo a me interius, & a ministris meis ab extra doceris. Ad hoc nanq; omnes meos ordinaui ministros, ut tecum iugiter permaneāt. Consultitur ergo tibi a me, ut maneat in me, sisq; mihi fidelis, quandoquidem & ego maneo in te, quatenus quicquid corporaliter egi, in te spiritualiter operari queam.

Qualiter Deus in anima cuncta celebrare & renouare festa desideret. Cap. III.

AD hoc semel corporaliter natus sum, ut in te sine intermissiōe spiritualiter nasci possem: & ut consequēter oēs aliā, q̄ de me exterius fiunt, solēnitates, in te spiritualiter perficiantur: ad quē finem omnes celebrantur, quatenus videlicet omnem vitam, passionemq; meam, & quicquid propter te feci, dimisi, docui & passus sum, iugiter in corde tuo habeas & portes, sicut & ego propter te eadē in corde meo cōtinue portauī: ita ut nec ad momētum inde euāgeris: & sic in te iugiter paraſceue erit. Sic nanq; spiritualiter crucifigeris, moriēs quotidie propter me: & in me sepeliris, meque sepelis intra te, in sepulchro videlicet cordis tui: & unguis me unguento propriā mortificationis tuā: & inuoluis me in syndone conscientia tuā, quam p̄ mortē passionemq; meam mundaui. Et ego in te & per te resurgā, teq; ex mortificatione viuā, & ex patien-

MARGARITAE EVANG.

tientia letam efficiam: sicque iugiter in te pascha celebrabitur: tecumque in purgatorium descendam, & animas vna mecum in meum gaudium meamque gloriam deducam, & tu mecum celestis eris spiritus: & occulto quodam modo mecum in interiori essentia tua resurges, eritque conuersatio tua mecum in caelis, quia ego in te sum, sicque meam ascensionem intra te celebrabis. Insuper, cor tuum per gratiam meam renouabo, inflammans hoc igne amoris mei, doransque te periformi gratia spiritus sancti: & sic intra te solennitatem missionis spiritus paracliti coles. Sed & sabbatum in spiritu tuo iugiter obseruabis, & festiuitatem quarumlibet solennitatum intra te celebrabis, & sine intermissione supersanctissimam Trinitatem in diuinae essentiae vnitate veneraberis: quae nimirum essentia tuae est essentia vnita, quae est essentia omnis essentiae, lux omnis lucis, vita omnis vitae, vita, lumen & nutrimentum spiritus tui, tuam essentiam in se transformans. Et sic iugiter in te meae praesentiae solennitatem ages, sabbatum quoque & in spiritu quo etem custodies: vt sic in te quiescere possim, & tu in me, sitque semper quies mea in spiritu tuo, & operatio mea in tuo corpore, & tunc in omni multiplicitate eris simplex, & in mea diuina vnione permanebis, sicut & ego per humanitatem meam feci, & similiter dilectissima mater mea.

Qualiter in omnibus exercitijs nostris firmi
plices immobiliter in vnitate diuina permanebimus.

Cap. III
Absolutum